

*Or. (A<sup>2</sup>) ebd. – Pg. 28 / 15 cm. – 3 Siegel, 1. oval 5,5 / 3,5 cm, stark besch., +S...RDI... STICL.CVRIEN; 2. Fragm., ... ENSIS; 3. wie 3. in A<sup>1</sup>. – Rückvermerk (14. Jh.): Rankwil; (15. Jh.): de advocacia contra militem de Schellenberg. Zank.*

*Druck: ZGO 15, 1863, S. 411. – Büchel, Reg. Schellenberg, 16. – Thurg. UB III, 452.*

*Regest: Bündner UB II, 961. – Chart. Sang. III, 1685.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditoris<sup>b)</sup> magister Eberhardus dictus Tumb canonice ecclesie Curiensis et archidiaconus | vallis Trusiane<sup>1</sup> eterne vite premia possidere. | Quoniam ex oblivione nascitur ignorancia, ex ignorancia geste rei immutatio, ideo decrevit patrum | provida<sup>c)</sup> antiquitas scripture memorie commendare, que voluit usque ad posteros perve|nire. Noverint igitur presentes et posterii, quod cum reverendi in Christo .. abbas | et conventus monasterii de Crucelign<sup>2</sup> Marquardum militem dictum de Schellinberc<sup>3</sup> coram viro discreto .. preposito | de Itig(in)<sup>d)</sup> iudice sedis apostolice delegato traxissent in causam pro eo, quod ipsos in possessionibus suis Ranquile<sup>e)</sup>, Braderis<sup>6</sup> et in Chumbi(n)g(in)<sup>f)</sup>, quorum advocacias sibi asserit pertinere, ad taxationem XXXVI. marcarum argenti contra iusticiam spoliavit, nos causa diucius durante et predicto milite in sua malicia perseverante dicto monasterio de tantis dampnis compacientes partes nostras compositionis causa duximus interponendas, provida deliberatione prehabita sanoque ducti consilio de consensu parcium sic duximus ordinandum et firmiter observandum, ut prelibati .. abbas et conventus nomine sui monasterii de possessionibus suis in Ranquile et in Brederis tam<sup>g)</sup> de terris quam etiam hominibus ibidem vel alibi residentibus<sup>h)</sup> V. modios tritici<sup>h)</sup> mensure de Veltkilche<sup>8</sup> prelibato militi pro stipendio advocacie et de possessionibus Chumbign tres solidos denariorum monete usualis, in quibus nullum ius<sup>i)</sup> preter advocacias<sup>k)</sup> dictus miles se recongnoscit habere, a proximo festo beati Martini singulis annis ad spacium quinque<sup>l)</sup> annorum persolvant, contradictione qualibet in hac solutione penitus cessante, nisi eedem possessiones in cursu hostili usque adeo fuerint destructe, quod summa frumenti preconcepta non possit haberi ab eisdem, adicientes, ut sepedictus miles de possessionibus seu hominibus<sup>m)</sup> ecclesie predictae pertinentibus nullas sturas seu alias exactiones exigat<sup>n)</sup> aut aliquatenus requirat, sed stipendio in presentibus preconcepto existat contentus. Pro dampnis quoque illatis, quorum summa

5. <sup>1</sup>Eberhard Tumb v. Neuburg, vgl. Nr. 4, Anm. 9. – <sup>2</sup>Augustinerchorherrenstift Kreuzlingen, Gem. u. Bez. TG. – <sup>3</sup>Marquard I. v. Schellenberg, vgl. Nr. 4, Anm. 1. – <sup>4</sup>Augustinerpropstei Itingen, Gem. Warth-Weiningen, Bez. Frauenfeld TG. – <sup>5</sup>Rankweil, Vorarlberg. – <sup>6</sup>Brederis, Gem. Meiningen, Vorarlberg. – <sup>7</sup>Kommingen, Gem. Götzis, Vorarlberg. – <sup>8</sup>Feldkirch, Vorarlberg.